

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi  
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

**Acquaviva, Claudio**

**Coloniæ Ubiorum, 1616**

118 Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio  
eorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

## 508 MEDITATIONES

ab expectatione tua, non intermitas me-  
ditari iustificationes meas, sentiens istam  
meditationem plerumque animæ laguo-  
ribus impediri, compellor orare, adiuua  
me: ut& salius factus ex accepto beneficio  
non senior, sed vigilantior fiam; & grato  
animo in tua lege, tuisque iustificationi-  
bus mediter, non frequenter, sed semper.  
Semper enim in illis superest, quod quærā:  
vbi & lūa beneficia, & tua iussa, & tuam  
dulcedinem, & ex alloquio tuo nouam  
sapientiam hauriam.

118 Spreuisti omnes discedentes à iu-  
dicijs tuis, quia iniusta cogitatio  
eorum,

*Peccato-*  
*res nihil,*  
*& nugæ*  
*funt.*

*Soph. 3.*

*Eccles. 1.*  
*Sperni à*

**I**N græco, ad nihilum deduxisti. Tales  
omnino sunt, qui discedunt à lege tua,  
tales abs te æstimantur. Qui enim rece-  
dunt à lege, & mandatis tuis, à te discedunt:  
quos merito per Prophetam quisquilias,  
& nugas vocasti, dicens. Nugas, quia à lege  
recesserunt, congregabo. Discedunt autem  
non locorum spatijs, sed inobedientiæ elō-  
gatione, non vijs, sed vitijs. Nec subduntur  
maiestati, nec seruiunt benefactori, nec  
congruunt regulæ: superbi pariter, & cœ-  
ci. Merito contempti, & despici, & ad  
nihilum redacti, & pro nihilo habiti,  
quando vniuersa vanitas, qui non timet  
Deum, & eius mādata nō seruat. Quo quid  
mi-

IN PSALM. CXVIII. 509

miserius dici, aut excogitari possit? Quid Deo quā-  
enim est spēni à te? Lego, & timeo. Cō- tum malā  
fusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Le- *Psal. 82.*  
go, & contremisco. Audiuit Dominus, & *Psal. 77.*  
spreuit, & ad nihilum redigit valde Is-  
rael. Considero opera Dei, & deficit in me *Eccel 14,*  
spiritus meus. Quod nemo possit corri-  
ge, quem ille despicerit. O tortuosas vias  
filiorum Adam. Et recedunt à te, & su-  
perba deiectione, atque inquieta lassitu-  
dine tutos se, & felices esse posse præsu-  
munt. Quam verè iniusta dicitur cogita-  
tio eorum, quæ tam fœdè, tam iniquè,  
tam insipienter fallitur? Iniusta cogita-  
tio, quia superbiunt: iniusta, quia recti-  
tudini non coaptantur, nec eorum vita  
tuæ voluntati respondet. Peruersæ enim  
cogitationes restas non pariunt operatio-  
nes: nec potest quisquam opere placere  
tibi, qui cogitatione non placet. Denique  
si peruersæ cogitationes à te separant, &  
omnes cogitationes eorum contami-  
natæ sunt, merito à te ad nihilum redacti,  
nihili reputantur.

119 Prævaricantes reputavi omnes pec-  
catores terræ: ideo dilexi testi-  
monia tua.

PRAEVARICANTES, & recedentes à <sup>Peccato-</sup>  
Deo idem sunt, quod Hebræa vox so- <sup>res scoria</sup>  
nat. Sanctus Hieronymus quasi explicans  
Y 3      quod